



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum ; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. III. Quàm variè iudicium hoc innotuerit, dum læsus lædenti diem dixit, & iudicio arcersivit, seu quàm crebrò alter alterum ad rationem reddendam evocaverit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Hoc dictum in parietibus, in vestibus, in foro, in adibus, in viis, in fenestris, in sanis, sed potissimum in ipse cuiusque conscientia continentur...

Atius nec potentius partes patroni aget Misericordia. Iudicis ehitographum habemus: Quod fecisti uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecisti.

Hac Chryostomus conflagans: Tanta, inquit, sumus negligentia, ut praferamus momentanea semper manentibus, terram celo: ea que avolant antequam habeantur, iis que nunquam sinem accipere possunt...

Matt. c. 24. v. 40. Tom. I. inc. 11. Gen. ho. 31. sine, mi. hie. 219. Eleemofyna exiit a gehenna ignis.

S. IV.

Ante annos non multos agrotabat ex opulentioribus quispiam. Monebatur is animum attolleret ad alta, hac fluxa missa faceret, jam Caelo vicinios ostium caeli aspiceret.

Hac talia motu iudicio jam vicini non temere proloquuntur. Rea conscientia hac dicitur axiomata. Quid ergo hic consilii? Ostium seram multiplici firmatum, qua arte referandum? Pecuniam tuam consta, & claves facito argenteas & aureas, istis vel mille seras recludes.

Hoc Tobias affirmatissime testatus: Eleemofyna, inquit, ab omni peccato, & a morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo Eleemofyna omnibus facientibus eam.

Verissime dixit Seneca: Nemo cum sarcinis enatat. Non facundia, non divitiis, non forma, non quidquam horum te Judici commendabit.

Verum divitiis pecuniam amantibus, pecunia contemptum laudare, pane idem est quod agrotum harmonia fidium ad choreas invitare.

Audiunt hec forte divites. Sed nemo se movet, nemo saltat. Ne mirare: Aurigine seu auri fame gravissime laborant. Oprimus quidem contentus est: Beatus vir qui post aurum non abiit.

Hic iudici divitiarum hosti, divitiis onusti occurrere non verentur. Pro infani! Exitium invenient, ubi patrocinium speraverant. In hos Jacobus Apostolus vociferatur: Iudicium sine misericordia illi qui non fecerit misericordiam.

Ergo quod monui, ad ostium caeli referendum est: claves fac argenteas & aureas, eaque trade pauperibus eo deferendas.

CAPVT III.

Quam varie Iudicium hoc innotuerit, dum lefus ledenti diem dixit, & Iudicio arcessivit, seu, quam crebro alter alterum ad rationem reddendam evocaverit.

Humani juris est ab uno ad alium & sublimio. In lege veteri ad praesentem. Cum Jacob Isaaci filius cum Labano toties mendaci, toties fallacioso socero nunquam ad exitum pervenire posset, denique ad altissimum Tribunal reum postulans: Deus Abraham, inquit, iudicet inter nos.

Cum David etiamnum alicuius regis citharcedus inter se sumique Dominum Saulem impetrare Judicem opportunum non posset, iura multiplici afflictis, ad caeli dictatorem provocans: Iudicet Dominus, inquit, inter me & te, & ulciscatur me Dominus ex te.

Non praesca solum, sed & nova lex ejuscemodi appellaciones ad Dei tribunal factas frequenter audit, va:

Quando enim caelestis Pater homini, suo filio iudicandi potestatem, & omne jus tradidit, ideo hic Iudex qui unice amat homines, hominibus sapientissime obediunt. Et quia non raro pars graviter lesa partem adversariam & ledentem in jus vocavit, Iudex huic nominis delationi sese attemperans, postulatam quoque adversarium comparere iussit, ut in ambos iudicio praesentes sententiam diceret.

Constat profecto plurimorum testimoniis ac tabulis fide dignissimis, homines sanos & incolumes a morientibus ad Dei tribunal sepius invitatos, eaque vi ac pondere

Ante annos non multos agrotabat ex opulentioribus quispiam.

Celum qua arte referandum.

Tob. 4. v. 7. & seq.

Psalm. 40. v. 1.

Epist. 12. p. 1. m. d.

Divitiis pecuniam contemptum laudare quid sit.

Matt. c. 19. v. 14.

Eccl. c. 31. v. 8.

1a. c. 2. v. 15.

In utroque iudicio Eleemofyna agit partes patroni.

Eleemofyna exiit a gehenna ignis.

In lege veteri ad praesentem. Cum Jacob Isaaci filius cum Labano toties mendaci, toties fallacioso socero nunquam ad exitum pervenire posset, denique ad altissimum Tribunal reum postulans: Deus Abraham, inquit, iudicet inter nos.

David: inter se sumique Dominum Saulem impetrare Judicem opportunum non posset, iura multiplici afflictis, ad caeli dictatorem provocans: Iudicet Dominus, inquit, inter me & te, & ulciscatur me Dominus ex te.

S. Bernardus: Domine Iesu tribunal ad Robertum m. hie. p. 1411.

Handwritten notes in red ink on the right margin, including 'DREXEL' and other illegible text.

pondere verborum postulatos, ut provocati provocatores suos statim tempore per mortem ad Judicium sequerentur. Quod quidem arcanum istud, & singulare Tribunal Christi luculenter monstrat, & velut oculis spectandum subjicit. Et ne testatissima fides hic desit, agedum, mi Lector, nube testium te obruam, quos tibi ordine & certis numeris ac classibus digestos huc sistam: Ordiamur à primis.

§. I.

Primi testes arcani ac singularis Judicii. Anno millesimo trecentesimo duodecimo, Joanne Marianà teste, Ferdinandus IV. Hispaniarum Rex, pace & bello bonus, ar rigidus & in judicando præceps ad secretum Christi Tribunal hac occasione postulatus est. Rex Ferdinandus vere jam adulto fratrem * ad bellum præmiserat, ut Alcaudem oppidum à Mauris occupatum cum copiis circumfunderet. Rex ejus vestigia sublecutus Tuccos venit, Hispani Martos vocant. In eo municipio Carvajali fratres, Petrus & Joannes regio iusta comprehensi, è vinculis, more gentis causam dixerunt. Causa hæc fuit: Benavidius vir primarius, cum noctu regia egredere, ad Palentiam occisus est. Cædis auctor cognosci non potuit, suspitionibus multi exagitari: iis denique hi fratres oppressi, & lege majestatis postulati, quamvis nec testibus, neque Judicio convicti, neque criminati, capitis damnati sunt. Modus supplicio is dictus, ut de rupe vicinâ præcipites darentur. Rex ob injuriam recentem intracabilem, nec clementia, nec precibus quidquam dare voluit. Itaque ad supplicium abrepti ambo fratres, divum hominumque fidem testati sunt se innocentes mori. Quoniam igitur regie aures obturatae essent, provocare ad Deum Judicem equissimum, regique diem dicere, ab eo die (qui sibi ultimus esset) trigesimalum. Eæ voces in presenti pro vanis habitæ, eventum certè mirabili confirmatae sunt.

Rex nulla periculi cura Alcaudem abiit in castra. Hic morbo tentatus gravissimo Giennium sese reculit, vi morbi in dies aucta. Et quamvis gravioribus curis impar esset valeretur, nuntio tamen capti oppidi rex letus, novæ interruptionis faciendæ consilia explicabat. Cum ecce die Jovis, septimo Idus Sept. à prandio quieti se tradidit, in strato exanimatus repertus est, ipso trigesimalo, à dicti supplicii die. Hic divini numinis vim interpretari facile fuit, quod à cæde patratâ magno omnium miraculo diem trigesimalum præse numerarent. Unde inter Castellæ reges, Ferdinandus in jus vocatus nuncupari cepit. Obiit in ipso ætatis flore, in maximo rerum suarum cursu, annos natus viginti quatuor, menses novem.

Discite justitiam timere & non temere divos. Eludi joco nequeunt tam seria. Nares sibi cereas affingi non patitur Justitia divina.

Secundi testes. Gualterus Burgenfis vir doctrinâ & sanctitate clarus, Pictaviensis Episcopus iniquè accusatus est: Post causam malè discussam sede pulsus à Clemente V. summo Pontifice. Gualterus quamdiu vixit, injuriam patienter tulit. Moriens iussit, ad exemplum credo aliorum, inscribi tumulo: Ad justum Dei Iudicium appello. Legit appellationem Clemens, & injuria, quam intulerat, memoriâ expavisse ajunt. De obitu Pontificis hic nil addo.

Non nescimus Christianos Martyres post fufum sanguinem, post ademptam vitam vociferari: *Pro quo Domine, sanctus & verus, non judicas & non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terrâ.* Subinde Deus aliquantum dormit (ita judicant humani oculi) & ad injurias conniver, sed subito evigilat ad vindictam.

Tertii testes. Cum homo invidus & obtrectator, nomen ei Agrestius, beatum Columbanum jam mortuum conviciis ac calumniis laceraret, Eustachius abbas Columbani discipulus, ut erat tam patientiâ, quam multâ

Gualterus Burgenfis, Raphael Volateranus Anthropol. l. 21.

Apoe. c. 6. v. 10.

Jonas Abbas Eustachio coevis in vita illius c. 6. mense

scientiâ insignis, calumniatorem impavidè aggressus: *Mario apud Heus, inquit, Agrestis, ego discipulus illius & successor, cuius tu disciplinam & instituta temerariè damnas, te coram his sacerdotibus, ad divinum Judicium invito; intra annum fac compareas. Cujus virtuti obtrectaveris, è Judice justissimo percipies. Agrestius has eminas ex pelvi ridiculas & vanas arbitratas, insuper locum poenitentia sepius concessum sprevit. Sed pondus ingens habuerunt Eustachii verba, liquidem die trigesimalo antequam annus verteret, Agrestius à suomet servo, quem in mancipium emerat, securi percussus, interit. Hoc habes. Rectè dixere presci:*

Semper Themis, semper Dice Iovi adsident.

§. II.

Quarti testes. In Germaniâ vicinâ Gothiâ, Joannes Turso Judex dictâ sententiâ quandam capite plecti iusserat. Hic, cum alia defensione negaretur, iniqua procumbens: En inquit, injustè morior. Sed te Judex inique, in jus voco, ut hac horâ pro capite dicas ad Dei tribunal. Surdo nœnia. Vix autem insons catinificis manu obruncatus est, cum & ipse Judex velut fulmine ictus ab equo corruit exanimis. Quid reis fiet, si sic Judices ipsi raptantur ad Judicium?

Quinti testes. Certissimum habetur, quod Clementi V. Pontifici Maximo, cujus paulò antè mentionem fecimus, evenit. Qui cum Templarios, cœtum religiosum & diu bonum atque utilem, Vienna in Concilio damnasset, & in sodales ferro atque igne passim animadvertisset, vel (ut alii loquuntur) lævisset, à pluribus eorum, uno præsertim Neapolitano equite ad Judicium divinum est appellatus, ita quidem ut Clemens Pontifex & Philippus rex Galliarum ad Tribunal superum citati senium, intra annum se sisteret. Philippo Regi damnationes illæ fuisse bono putabantur, Templariorum opibus ad eum devolutis & confiscatis. Neque vana fuit hæc appellatio, nam intra tempus annum, uno scilicet coedemque anno 1314. tam Papa quam Rex obierunt. Clemens, 20. Aprilis; Philippus, 29. Novembris. Quis neget geniale aliquid & divinum hic intervenisse, supremo numine consciscente?

Sexti testes: In Liguriâ Italiæ notâ parte Genuesium triremes contra piratas emissæ, Gotholanem biremem suæ potestatis fecerunt. Huius verò navigii rectorum, in contemptum tam Siculorum quam Gotholanorum noctu paribulo affixerunt. Miser ille diu, sed frustra queus, nihil se unquam Genuesibus nocuisse: ut vidit illos plus gentis odio moveri quam aequitate, præcipuamque mortis suæ causam esse trierarchû Genuesensem, ad superos se convertens, iussit ut ille ipse suæ mortis auctor, intra sexum mensem ante Deum Judicem compareret. Neque vadatio fuit irrita. Tempore condicto Liguæ extinctus vadimonium obivit.

Quotquot innocentes perirent, solatium certum abbat. Quotquot innocentes perirent, solatium certum abbat. Quotquot innocentes perirent, solatium certum abbat. Quotquot innocentes perirent, solatium certum abbat.

Isate vaticinio habent: *Hos vero, inquit, qui judicaverunt te, ego judicabo.*

§. III.

Septimi testes. Franciscus Britanniæ Dux, cum mortuo patre, fratrem Germanû in Angliâ educatum inde reducepn accepisset, in vincula conjecit, & lætæ majestatis falso accusatum in carcere necari iussit. Insons juvenis jam neci dandus impietatem fratris accusabat, cui non satis fuisset regnum sibi debitum occupasse, sed insuper vitam iniquissimè auferre. Quando igitur ait, nihil humanæ opis sperandum, ad divinam me verto, & Franciscum fratrem ad Dei Tribunal postulo, intra annum de parricidio hoc responsum. Nec ista sine viribus vox missa est. Franciscus Princeps hydropore laborare cepit, & intra spatium annale mortuus, divinam utique censuram sensit.

Octavi testes, Engolismensis Comes Nantinus Gregorio

Dice presci Themis Iustitia.

Olaus Magnus 1. 14. hist. flor. Aquilon. c. 20.

Mejerus 1. 2. Annal. c. 1. 17. Chron. Christianus Massius & Onuphrius Panvinius in epitome de Rom. Pontificibus consensum. Idem recitat Fulgosi 1. 1. exempl. c. 6. qui Pontificis repenti obitum se tradit.

Fulgos. l. 1. c. 6.

Vadatio presci denotatio iudicii. Vadimonium fonsse seu promissio præstituta die in iudicio comparanda dicitur.

Isa. c. 49. v. 25.

Eneas Sylvius historia Europæ c. 43. sine campis. Regidium aliqui nuntiant.

gorio Turorensi teste) homo vafer & variabilis nequiritia Heraclium prius Burdegalem presbyterum, dein Episcopum sibi adversarium statuit, cumque diversis injuriis affectit. Inimicitia crescente ausus est etiam villas & pradia invadere, quae Maracharius ejus avunculus testamento templis & sacerdotibus transferiperat. Neque defuit fucus & color huic flagitio comendo. Ajebat namque illius haereditaria bona non deberi ei Ecclesiae, cujus Clerici testamentarium interfecerant. Mantelum satis speciosum. Sed Heraclius deprehensa injustitia Comitem anathemate percitellens a priorum societate seclusit. Comes novam vestitum induens convenientibus apud Sanctonas sacerdotibus se submisit, pollicitus omnia quae vi abstulisset, reddere, modò iterum particeps fiat factorum. Factus est. At ille quaedam domos reddidit, sed prius expulatas, & omnibus facultatibus viduatas. Quapropter illum Episcopus iterum a sacris amovit, nec multò post obiit. Nantinus denuo ad Ecclesiam communionem sibi viam aperuit, sed argenteis & aureis manibus. Post paucos menses ardentissima febris correptus clamat: *Hec, heu, ab Heraclio Antistite exutor, ab illo crucior, ab illo ad Iudicium vocor.* Agnosco facinus, recorder injuriarum quibus eum oneravi. Dum haec clamat, febrili flamma estuans, infelicem animam ad subeundum Iudicium effudit.

Iustitia divina non solum purgatissimas habet aures, & oculos lynceos, sed tota est oculus, imò auris & oculus tota est. Nemo illi peccat impunitè.

Noni testes. Rudolphus Austriae princeps in equitem auratum fatales insidias molitus est. Eum denique comprehensum, tortum, ad extremum sacco inclusum in profluentem iussit abjici. Eques jam in culeum conjectus, antequam clauderetur, spectantem è fenestrâ Ducem conspicatus, altà voce proclamavit: Dux Rudolphus, ad tremendum Christi Tribunal te voco, ut rationem reddas, cur immerentem me morte tam indignâ perimas. Dixit, & caput culeo abdidit spargendus in flumen. Dux pro vocationem istam cachinno excipiens: Bene est, inquit, I praes, sequar. Ita periculi omnis securus, innocentis necem oblivione hilari sepeliit. Sed antequam rediret annus, febriculâ Princeps tentari cepit. Hic memoria tristior auditæ appellationis subit, & vadatum se agnoscat: Amici, ait, mors instat, vocor, nec tergiversari licet, in jus eundem est. Quod dixit, evenit. Etenim paulò post è visis sublatus est.

Cunctabunda nonnunquam videri potest Vindicta divina. Maneis lentisque passibus incedit, sed tarditatem supplicii gravitate compenfat.

§. IV.

Decimi testes. Sidonius Apollinaris Arvernensis Episcopus, tam divinis quam humanis litteris (ut Gennadius loquitur) ad integrum imbutus, nec minori sanctitate. Sed invidiam nulla delinit virtus, imò eam magis exasperat & acuit. Ita Sidonius ditos sacerdotes sibi insensibilissimos expertus est. Hi virum integerrimum omni sacro magistratu per vim exuentes, tenuissimo victu suppeditato hoc illi unum reliquerunt, vivere. Sidonius summae injuriae patientissimus non foro certare, sed omne jus suum Tribunali divino institit transferre. Iudicem profectò nec surdum, nec caecum, sed nec tardum habuit. Cum enim improborum sacerdotum alter minaretur, luce postera Sidonium a se templo extrahendum, è vivis ipse abreptus est ad iudicem. Surrexerat quidem ante diluculum impius sacerdos, & in Sidonium iras coxerat: sed antequam in publicum se daret, ad naturæ requisita ut puero cereum praferente. O miserum! Nam dum alvum exponeret, spiritum exhalat. Interim puer foris expectat diutissimè. Jamque sceleris socius nuntiari jussit: Veniret modò, nunc opportunum esse, quod pridie statuisset, exequi.

Tom. I.

A Puer dominum moniturus, jam exanimem invenit. En geminum Arrium.

Sidonius Deo pro se vindicante potestatem pristinae nam recepit. Verum post aliquantum temporis correptus morbo in templum deferri voluit, ubi lugenti & interroganti populo, quemnam similem sperare possent, sublato pastore optimo, respondit: En frater meus Aprunculus vivit, & hic pastoris munus occupabit. Delicium hoc putabant, non vaticinium, quia non intelligebant. Defuncto Sidonio alter sacerdos nil repentina morte socii motus, jamque gaudio triumphans riam sibi rapere conabatur, egregius pastor ovium, ut ajunt, lupus. Et verò gloriari etiam ausus est homo flagitiosus, nunc demum liquere Sidonio se iustiorum fuisse, divinum namque Iudicium pro se stare, pontificale pedum à Deo sibi deferendum. Hem caecitatem humanae mentis! Nec languide Praesul futurus egit, profectò in rem suam vigilavit. Nam proximo post Sidonii obitum dominico die epulum lautissimum instruxit, primoribus civium omnibus invitatis. Jam convivæ accubuerant, jam disposita per mensam stabant fercula, jam sermo coeperat, jam potus poscebatur. Ante omnes designato Praesuli pincerna vinum dominicum porrexit. Sed videte quanta inter os & offam, inter calicem & labra intervenire possint. Dum miserimus hic Antistes poculum manu tenet, antequam illud admoveret ori, en mors irruit, & citat ad Iudicium. Nam ille jamjam bibiturus subito cohorrui, expalluit, & elapso de manu calice expiravit, ad dicendam cum Sidonio causam abreptus ad Iudicium. Nam omnia prout evenerunt, pridie objecta sunt pincernae per somnium, quod Gregorius Turorensis pluribus percenlet.

En alterum non tantum Arrium, sed & illius socium Simonem Magum, qui praedixit Sidonii & vi divina, ex aura superbiae & haec vanissima praecipua dejectus, antequam in alto sederet Episcopus, in tumulo jacebat mortuus, in orco ardebat damnatus. Iudicii divini scriptum nemo effugit.

Undecimi testes. Anastasius Imperator, qui totum panem orientem crudelitatis ignibus exarserat, oraculo edoctus est, sibi etiam igne pereundum. Adversus hoc mortis genus plurima paraverat, sed frustra. Nam portentosis insomniis terrebatur. Inter haec vir quidam terribilis secundum quietem ei visus est, qui librum manu praefrensus dixit: *Ecce ob perversitatem fidei tuae, annos quatuordecim deleo vita tua.* Demum anno quingentesimo decimo octavo, die nona Julii caelum iratissimum crebro tonitru & fulgure ita perterrificavit Anastasium, ut caenaculum caenaculo mutaret, imò infra ceticas correperet. Sed oculum omnia cementem non effugit. Nam fulmine, ictus interit. Eodem profus die Elias Hierosolymorum Archiepiscopus, & Flavianus Antiochie Patriarcha ab Anastasio, religionis causa in exilium pulsi, cum Imperatoris obitum divinitus cognovissent, eum sibi mutuo significarunt his verbis: Anastasius hodie mortuus est: eamus igitur & nos, ut cum illo iudicemur. Elapso biduo mortui ambo ad destinatum Iudicium pervenerunt.

Iustus viris impune non restituitur.

Dissimulat aliquantulum Deus & connivet, tandem improvisus Iudex intorquet fulmen.

Duodecimi testes. Anno millesimo tertio decimo in Paderbonensi Ecclesia Episcopus Mewercus nobis Corbejenis disciplinam prope intermortuam restaurare instituit. Adhuc igitur reformator, initium facturus in corrigendis moribus. Sed acriter ei restitit Walo Abbas, disciplinam arctiorem nequaquam admittens. Causa ad Imperatorem delata id denique confectum est, ut Abbas officio sit motus. Quapropter Episcopus instituti sui tenax ad laudabiliorem vitae rationem

L

tionem

tionem introducendam denuo se accingit, quod à re divina in templo facienda placuit ordini. Sed ejus conobit monachus Boso nomine, loci sacrista, vestes factas negavit, & ab arà projecit quæ Antistes atulerat; Iterum, iterumque monitus contumaciam perseveravit. Episcopus injuriâ tam grandi motus monachum illum humana jura calcantem, ad Judicium divinum postulans: Reddes, inquit, altissimo facti rationem. Hæc monachus non quidquam pensi habens, irrisit Episcopum. Sed certè fallax non fuit Præfulis vadatio, nam eadem horâ quâ Præful è vivis abiit, Boso monachus dum ei barba raderetur, sub tonforis manu sedit mortem concidit.

Deus etiam judicat, cum nemo accusat.

§. V.

Matthæus
Raderus
volumine
II. Bavaria
Sanctæ de li-
teris Ponti-
ficis, mihi
pag. 183.

Decimi tertii testes. Benno Misnensis Præful, qui annis quadraginta Pontificio suo præfuit eâ vigilantia, & vitæ sanctimonîâ, ut mirandis operibus & supra hominis conditionem editis nobilitatus sit. Ceteris & istud adnumerandum. Marchio Misnensis Ocho ad rem avidior, impio ausu & per nefas in Ecclesiâ Misnensis facultates irruit. Benno vigilantissimus pastor id minimè dissimulandum ratus Marchionem miti verborum humanitate monuit, affirmavitque hominem rectè facturum, si ea quæ Misnensis essent Ecclesiæ, non coactus restitueret, sin minus, esse Judicem justissimum, ab eo jus petendum, qui omnium injurias non solum habeat perspectissimas, sed eas etiam exactissimè vindicaturus sit opportuno tempore. Ad hujus igitur Tribunal, inquit, si aliud auxilii non suppetat, hæc controversia transferenda est. Marchio, homo furiosus hanc dicendi libertatem quamvis sinceram & humanam non ferens, Bennoni colaphum incussit. At Benno vir sanctissimus sublimi spiritu afflatus: Et hanc, inquit, injuriam, hoc eodem tempore sequentis anni Deus ulciscetur. Id Marchio ut vaticinium vanissimum protervè irridens: Quis te, ait, Episcopo, archigrammateum in celo constituit? Num Jovi, à secretis es consilii? Ita res in jocosum abiisse visa. Non multò post beatus Benno ægrotare cepit. Ante obitum Ecclesiæ suæ Canonicos ad eam charitatem, quam Christus docuisset, exercendam cohortatus, inter preces sanctissimè finit. Anno millesimo centesimo sexto.

Marchio, cum tempus annuum & designatus à Bennone dies rediisset: En, inquit, adest dies, quem Episcopus Benno, nescio quàm periculosum minabatur. Decessit ille, & cum eo vaticinium illius: Non est quod quidquam metuamus. Verba finit, & subito confirmatus præsentium opem implorat. Sed mors mandata exequens, ingemiscens, & multa luctantem abripit ab Judicium, quod ei Benno prædixerat.

Cum aliquibus forsân Judicibus joci subinde liceat: Judex divinus impatiens joci, & perquam serius, ad minimum unguiculum, ad levissimum quadrantem servat justitiam.

Thom. Cantip.
lib. 2.
c. 35. n. 3.

Decimi quarti testes. Comes Hannoniæ, ut indubitata fide percepimus (inquit Cameracensis Proepiscopus) in animo habebat, & id strenuè moliebatur, ut Valencensis Canonicos, qui Religiosis legibus vivebant, è templo divi Joannis expelleret, & eorum loco alios legibus iis solutos reponeret. Idcirco ejus loci Abbas, cum suam suorumque causam, & quidem violenter ager cerneret, nec tamen eorum se virum putaret esse ut vim vi posset repellere, subsidium petiit è celo. Quando igitur, ajebat, vi res agitur, & lenti nimium moliminis foret, ad Regis aut Cæsaris, aut Pontificis tribunal provocare, ad divinum provoco, & ad illud Hannoniæ Comiti dicam seribo: Ibi nos oportet judicari. Non sine pondere volatur verba. Imminente die Judicio constitutâ, cepit ægrotare Abbas, & videri

palam tendere ad Tribunal, quò provocaverat. Eam ob causam tam precibus quàm aliis quibus poterat, sanctis actionibus sese disposuit, ad causam in supremo tribunali rectius perorandam. Sub idem omnino tempus & Comes in morbum delapsus meminisse cepit, diem sibi ab Abbate dictam, quo ante summum Judicem uterque quaestioni appareret. Quare mutatis consiliis, ne vadimonium obire cogeretur, se causâ cedere significavit.

Sapuit Comes non cum Phrygibus, quia sapuit mature. Maluitque lite cadere, quàm litigare injustè.

Decimi quinti testes. In Hiberniâ Patritius Ochelius Florimundus Majonensis Episcopus, & Conatus Ornarius è divi Raymondus Francisci sancti vir religiosus, quamvis sanguine ducali natus, in carcerem unâ sunt abrepti, ubi extra omnem solem, quindecim dies egerunt. Productos Prorex minis aggressus extrema supplicia intentare blanditas etiam & pollicitationes amplissimas miscere; seu sine.

illi constantissimè agere, & Angliæ Reginam esse caput Ecclesiæ negare. In bilem actus Prorex ocreas butyro, sale, oleo & pulvere tormentario impleri, Episcopi pedibus induci, ita pedes bullienti aquâ immergi jussit. Detractis ocreis ossa carne nudata cernebantur. Sed necdum Antistes sententiam mutavit. Additum ergo novum supplicium, & brachia cum digitis inter duo saxa sunt comminuta. Sed eadem quæ ante Præfulis fuit constantia. Itaque capitalis sententia, tam in Episcopum, quàm in ejus socium fertur. Ducuntur. Ubi ad patibulum perventum est. Antistes collo laqueum laxè indutus, rogavit tantillum sibi supremi temporis non negaretur quo diceret ad populum. Concessum. Dixit ad dimidiâ horæ spatium, & eâ verborum vi, ut nec adversarii quidem à lacrymis temperarent. Denique ad Proregei versus: Tu quidem, inquit, ô Prorex, hoc corpus miserè tortisisti, & injurias mihi multas intulisti, quarum hæc ultionem non posco, sed te jam, celo teste, ad divinam majestatis Tribunal cito, ut illic facti rationem reddas.

His supra modum exacerbatus Prorex, & altum animo vulnus sentiens, ut dolori exaquaret verba, sic respondit: I, nunc, hominum perversissime, I, quàm citatissimo gradu ad inferos: Tuam ego provocationem nec flocci facio; tu ad tartarum abi. Ita Præful cum socio vitam laqueo finivit.

Prorex ad urbem Limiricensem profectus est. Hic die quodam cum Barone obambulans cum ad locum, ubi duo illi fuerant suspensi, pervenisset, Baronem intuitus: En, inquit, hominem illum perfidum, qui ad Dei Tribunal me provocare ausus est, cum animus illius jam ardeat in tartaro, corpus in hac infelici arbore putrescat. Paullò post Prorex oppressus est morbo, qui vitam ei abstulit die decimo quarto, ab eo quo citatus est, ad Christi tribunal.

Est subinde captivus qui omnes carceris januas perfringit, ad ultimam succumbit. Sunt qui omnia tribunalia vel auro vel potentia perumpant. Tandem hærent in ultimo, tantò gravitè puniendi, quantò antea securius elapsi. Tribunal caeleste, nec auri montes corrumpere, nec ulla unquam poterit perumpere potentia. Ipsas Deus judicat justitias.

P/al. 9. v. 31

§. VI.

Decimi sexti testes. Magister Ordinis Teutonico-rum (nomini pareitur) inter juvenem qui mercaturam exercebat, & mulierem dubiæ pudicitia connubium jungere nitebatur. Repudiabat hoc juvenis, quod ejus conjugii suavor feminam illam minimè odisset. Hoc alter indignè ferre, & in hominem insontem graviter, sed occultè stomachari; ut autem iram suam velut victimâ placaret, miserum illum furti, sed conficti criminis insinulatum, & judicio publico damnatum, in paribulum

patibulum abripi iussit. Nihil preces, nihil evicerunt lacryma. Ergo innocens reus nil magis in expedito habuit quam ad omnis innocentie asyllum turissimum recurrere. Ergo dum ducitur ad supplicium, animosam voce succinat: Injuste condemnatus sum. Appello igitur ad vitam ac mortis arbitrum supremum: Illi post decimam tertiam diem reddat rationem, qui me contra omnem aequitatem condemnavit. Deus! quam celeres & attentae sunt aures tuae in pauperum & afflictorum preces? Non speravit Deus, neque despectit deprecationem pauperis.

72. v. 25.

73. v. 16. Vere oculi Domini super justos, & aures eius in preces eorum. Siracides in grande solatium praedicens: Deprecatio pauperis, inquit, ex ore usque ad aures Dei pervenit, & iudicium festinat advenire illi. Advenit sane & quidem festinat. Invenis quidem suspendio vitam finivit; evocatio illius ad Tribunal Christi contempta & irrita est. Sed die decimo tertio Magister Teuonicus, agritudine subita correptus: Me miserum, inquit, en morior: Nam mihi hodie comparandum est coram omniscio Iudice. Quo dicto obmutuit. Eodem die, ut suum ipse vaticinium firmaret, & vitam excessit.

Krantzius l. 3. Tandem l. c. 2. post initium.

Id Rigae in Livonia contigisse anno Christiano millesimo quadringentesimo septimo, narrat Albertus Krantzius. Illa ipsa mulier quae innocentis necem machinata est, ab alio mercatore, de vero furto accusata, iudicio quod formidabat non expectato, vestibus mutatis & in Clericum attonsa in Prussiam evasit.

1. Machab. 7. v. 34.

Huic certe mulieri, poterat illud occini, quod Machabaeus adolescens inter fratres minimus natu Antiocho regi in os obiecit: Tu autem noli frustra extolli vanis spebus: nondum enim omnipotentis Dei, & omnia insipientis iudicium effugisti.

Decimi septimi testes. Lambertus Schafnaburgensis, egregius, ut illa tempora rulerunt, scriptor, memorat: Anno millesimo quinquagesimo nono, Burchardum Episcopum Halberstadiensem iniquam diu litem cum Abbate Herveldensi fovisse, super decimis Saxoniae, quas Episcopus Monachis ereptas, sibi vindicatum ibat, sed manu magis quam iure.

Abbas rem sapius in iudicium deduxit, sed furdis Tribunalibus narrabat fabulam: nec politica, nec sacrae leges vim adversam pertumpere valebant. Ita nec ratio, nec spes erat valenti adversario resistendi. Idcirco hic idem Abbas paucis ante mortem diebus Comitum Palatinum Fridericum ad se vocat, & extrema haec mandata ferre Antistiti rogat: Se quidem litig imparem, lege meliorem cedere, atque etiam de vita iam decedere: Sed Deum Iudicem futurum, ad quem appellaret, huic vires ad tuendam aequitatem non deservnas. Pararent igitur se ambo, ut causam intra paucos dies dicerent ad illud Tribunal, ubi gratia & potentia spretis, sola imperaret iustitia. Illum ubi victurum, non qui plus posset, sed cuius causa aequior esset. Sic Abbas obiit; nec eventus fessellit. Pauculi dies ab obitu Abbatis praeterierunt, cum Antistes jam equum conscensus, subito velut fulmine ictus corruit. Delatus ad cubiculum, decimas Herveldensi cenobio quam primum reddi, & omnem in posterum super ea re litem praescindi iussit. Cumque Magdeburgensis & Hildesheimensis Episcopi ad eum reverent, grandi ejulatu fatebatur: Vocari se, prout Abbas praedixisset, imò jam abripi se ad divinum Tribunal, ibi iudicandum. In his vocibus desit. Uto Archipresbyter, quo potissimum impulsore in eam sententiam Antistes exarserat, horum malorum primus inventor, eodem anno morte subitaria sine factis omnibus extinctus, vel à diabolo (ut vulgariore ferebat fama) suffocatus est.

Horrendum est, o Deus, inter ejulcemodi virgas & plagas ad Tribunal duci! Divina haec iudicia expavescens Jobus: Ecce Deus, inquit, excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legibaturibus. Quis poterit scrutari vias ejus?

Tom. 1.

A aut quis potest ei dicere: Operatus es iniquitatem.

Decimi octavi testes. Anno millesimo centesimo quinquagesimo quarto Friderico Enobarbo Imperatore Antistes Moguntinus fuit, vir pius, tranquillus, suarum rerum: & ideo Romae accusatus, ut ineptus atque inutilis muneri quod gerebat. Accessit Arnoldus, qui ab Henrico missus fuit ad purgandum. Homo nequam contrarium profus fecit. Nam igni oleum addidit, & quosdam Purpuratorum Patrum corrupit, atque in se vertit. Eo ventum est, ut Cardinales duo Moguntiam missi, de causa quaesiverint, Henricum damnarent, & abdicarent, Arnoldum illum subrogarent. Henricus patienter id ferens, haec tenus dumtaxat querens stus est, ut diceret: Injuste iudicatis. Appello igitur ad Dominum Iesum, aequissimum Iudicem, ibi me responsurum exhibebo: Venite, sequimini. Illi joco cludentes: Cum praedessetis, inquit, nos sequemur. Nec verbis eventus defuit. Nam ille post annum ferè & dimidium fato concessit. Ruine ad aures Cardinalium delato, de Henrici morte, illi iterum illudentes. Ecce, praecessit, inquit, nos sequemur. Secuti sunt profecto, & uno die uterque subito decesserunt, & quod ajunt, miserabili mortis genere.

Quam providè nos Iudex noster monuit: Nolite judicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate. Nunc omnibus viciis aptari larva potest, uti omnibus vasculis operculum inveniri. Nihil tam absurdum, quod non pingi & defendi possit: omnes contumelias suos habent praetextus, omnis iniustitia suum reperit mantelum, nihil tam inexcusabile, quod non specioso nomine possit velari. Sed has larvas & haec velamina supremus Iudex detrahet. Itaque quod Paulus monuit, nolite ante rem iudicare, quoad usque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: tunc laus erit unicuique à Deo.

S. VII.

Decimi noni testes. Leodii cenobium S. Jacobi nobilis adolescens ingressus est religionis causa. Quod ubi cognatus ipsius Leodis Praepositus inaudit, egerisse tulit. Mox igitur Abbati Manlianum imperium deferri jubet: Confobrinum reddat, aut vim expectet. Recusat Abbas nolentem & invitum extrudere. Ergo Praepositus fatellitium cogit, monasterium vi aperit, juvenem rapit, & religionis vestibus detractis, cum profanis induit. Abbas adscitis in patrocinium primoribus civitatis, ad Episcopum se confert, injurias exponit, & vim suo monasterio illatam, idque praesente Praeposito. Episcopus has querelas agrè admittere, in Praepositi partem non dissimulante vergere, & Abbatem durius abjurgare. Abbas prompti consilii mox submissis humi genibus, & ad Praepositem versus clementi voce: contra tuas injurias, inquit, o Praeposite, aequum Iudicè in terrà obtinere non possum: caelum igitur peto, & summum Iudicem interpellat, ut intra quadraginta dies uterque nostrum coram eo compareat sententiam pro meritis auditorus. At Praesul cum suis liberaliter cachinnatus priscam hominis simplicitatem irritat, dimistitque non sine scommate.

Expectate paucillulum; Altissimus enim est patiens reditor. Die abhinc quadagesimo, Abbas ante meridiem circiter horam nonam mortuus est. Eo tempore Praepositus balneo domestico usus lavabat. Cumque audiret aera campana insolitum concrepare, quaerit: Quid hoc isto tempore? Cui famulus: Ajunt Abbatem ad S. Jacobi modò defunctum esse. Praepositus continuo memor quadagesimi diei ab Abbate dicti, expavescens & attonitus: Mox foras, inquit, foras; habeo quod agam: heu comparendum est mihi hodie coram Iudice supremo. Cumque properaret thermis egredi, inter adstantium manus collapsus diro cum ejulatu abiit vitam ad iudicium utique Iudicium: ubi caussarum strepitus cessant,

Handwritten notes in red ink on the right margin, including the word 'DIXEL' and other illegible characters.



cessant, ubi nullus cachinnorum locus, ubi Jurisperito- rum codices obmutescunt, ubi nec preces, nec aurum, nec favor liberant. Quam porro sententiam Abbas, quam Præpositus abstulerit, nunc scire nefas. Die novissimo quo reviviscunt omnium sæculorum mortui, sciemus omnes.

Job cap. 41. v. 1. & 3. Idem c. 34. v. 12. & 19. Ita Petrus Damianus tom. 1. lib. 2. epist. ep. 15. mibi p. 113. Ar vero Ce- sar Baron. tom. 10. ann. 973. Damianum resellit, ne- gaturque illud Othonis con- mibium ma- le conyctis, & a filio pa- trem ana- themat per- cussam. Ego inter duos Cardinales arbitrii age- re non possum. A parte ta- men Baroni- stare malim. Hac mente debui, ne quid damni pateretur Ver. tus. b Dominus Guilielm. Ferdinandus ab Efferen, qui Ferdin- nando 11. Imp. a con- silio &c. in Manuali Politico de- ratione sta- tus seu idolo Principum l. 5. parte 3. mibi p. 382. * Jus, Qua- siore.

Deus per Jobum olim minatus: Quis enim, inquit, resistere potest vultui meo? Non parcam ei, & verbis potenti- bus & ad deprecandum compositis? Verè Deus non condemna- bit frustra, nec Omnipotens subvertet iudicium. Qui non acci- pit personas Principum, nec cognovit tyrannum, cum discipula- ret contra pauperem: opus enim manuum ejus sunt universi.

Vicelimi testes. Otho I. Imperator Romanus, quod Petrus Damianus a cum curâ narrat, à filio Guilielmo Præsule Moguntino, ob matrimonium cum Adeiaide contactum liberitatis reprehensus filium in vincula dedidit. Guilielmus filius Othonem patrem ad Prætorium Christi in jus vocans: Die sancto Pentecostes, inquit, ante Dominum Jesum Judicem nostrum uterque com- parebitur, & de capite causam dicemus. Uter no- strum æquitatis lineam transgressus sit, divinum pandet iudicium. Igitur Nonis Maij, ipso Pentecostes festo die, Otho in Saxoniam morbo subito correptus hominem exiit, & iudicium vadimonium obiit, cum pauld ante filius etiam Guilielmus vivere desinisset.

Vereor hic, Lector, ne tot testium caterva, & ut di- xeram sonora nube, & oculos & aures tuas fatigem. Sed cum venia tuâ liceat omnium recentissimum sub- jungere; & ad alia transibimus. Ergo vicelimi primi testes. Anno millesimo sexcentesimo sexto, Miles Germanus naturâ non infictus, cum signo dato ad excubias vocaretur, commilitonibus sub- ridens dixit: Redeunt ad nos excubie, rediret utinam & nuntius pecuniæ. Excepta vox est, & ad ducem re- lata, qui prætorum rerum capitalium * accersito jubet in hominem, qui voces seditionis spernisset, serid animad- verti. Mox in vincula miser trahitur, & torquetur, de- nique capite damnatur. Miles optimè sibi conscius au- dita mortis sententiâ non nisi cohortuit. Ubi animum recepit terrifico clamore ducem inclamans, eique jam præsentem: Post tres, inquit, hebdomades, hæc ipsa noctis horâ rationem Deo reddes de meo sanguine. At Dux subridens: Tu, inquit, hæc oracula formidolosus cane: vaticinationes istæ militem non terrent. Sed abi jam sediosum caput in malam erueam. Ita nec die quidem expectato, mediâ nocte, horâ duodecimâ ducitur, & infelici arbori suspenditur. Mane in terrorem ceteris speclandus exponitur transfixis præcordiis, cum hoc ti- tulo: Sediosus miles. Dux non nihil tacitè consternatus tam audaci provocatione ad Dei tribunal. Ejus amen sensim oblivisci cepit. Verùm indicto temporis spatio jamjam clapsuro, cum horâ noctis duodecimâ ad excu- bias visendas exaret, è ponte navali decidit & submer- sus est. Uter horum securus ad Christi Judicis Tribu- nal steterit, tu mi Lector, pauld attentius tecum ex- pende. Hæc quamquam mira, fidem tamen merentur à tradentibus.

Sed hæc manum amoveo è tabulâ, & calamum plura daturum chartæ substringo. Sat testimoniorum ac tes- tium optatorum, quos integrâ fide produxi. Nullius, aut ferreae frontis sit, qui tot tamque diversos cum re- centes, tum præcos scriptores vanitatis omnes arguere non vereatur. Ergo discite iustitiam moniti. Et heu- quam disparia sunt humana & divina iudicia! O quoties Deus (ne dubitemus) hominem eum absolvit, quem omnes homines damnant; & quoties damnat, quem omnes absolvent? Iudicia Dei abyssus multa, abyssus impenetrabilis.

Judicia di- vina & hu- mana dif- paria. Psal. 35. vers. 7.

Quare arcanum hoc Iudicium omni vitâ metuen- dum, seu, cur assidue, summoque studio ad- mittendum, ut vitæ ratio bene reddatur.

§. I.

NOvissima cujusvis hominis tempora, quibus ad Quare no- vissima in mente ha- benda: per Ecclesiastæ amensissimâ poëti hunc in modum depinxit. Ita orditur:

Memento ætatis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, Eccl. c. 12. & appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placeant. Quis ulti- mi dies hominis tempus af- flictionis: Ultimi dies hominis verè tempus afflictionis, cum fre- nis dolor irruit solitis, cum lætus pro carcere, mors pro apparitore Judicium pro æternitatis janua est. Pergit Ecclesiastes:

Antequam tenebre fiat sol, & Lumen, & Luna, & Stella: Intellectus & revertantur nubes post pluviam. Eo tempore, Intel- lectus qui in homine sol est, obnubilatur: Lumen actio- num memoria hebetescit. Voluntas veluti Luna inconstan- tissima laborat, geminae frontis stellæ oculi caligant & lippunt. Vaporum è stomacho ascendentium nubes angentur, hinc destillationum, gravedinis, ac catharro- rum perpetuæ pluvie. Sed pergit dicere:

Quando commovebuntur custodes domus, & nutabunt vi- ri forissimi. Domus istius custodes sunt, sensus exterior- es & costæ, illi deficient, hæc viribus exhauriuntur & fanteunt: Viri forissimi crura, pedes ac genua vacil- lant, & ferre onus solitum recusant.

Ostia erunt molentes in minuto numero. Dentes nulli aut rari, cibum pauld duriores commolere non pote- runt amplius. Ita molendinum illud aut feriabitur & vacabit, aut languidissimè movebitur. Senium ferè edentulum est.

Et tenebrosæ videntes per foramina. Oculi qui aliquâdo per orbiculatos suos cancellos, veluti per fenestras aut foramina aliis insidiabatur, aut insidias sibi positas spe- culabantur, nunc minutim & per nebulam videbunt, & vix obvios in plateâ discernent, cum nervi optici, aut indurabuntur, aut humorum congestu, & spirituum defectu impediuntur. His oculorum damnis perissimè jacturam dentium præmissit. Nam ubi dentes pauci ac debiles, ibi cibum malè manditur, & quasi crudus in sto- machum demittitur. Hinc humorum copia & multi- plex malum. At sequitur:

Et claudunt hostia in plateâ, in humilitate vocis molentis. Labra otis ostia majorem partem clausa, nec loqui possunt, nec clamare sinent. Facies tota veluti platea, rugis & sulcis exarabitur. Os panis molendinum remis- so erit sonitu, quem aliàs dentes edere solebant.

Et confurgent ad vocem vulceris. Qui ad illud afflictio- nis tempus deveniunt, somnum non capiunt nisi bre- vem, parcum ac levem, adeoque non profundum, ut vel passerili, vel alterius aviculæ garritu excitentur. Ita plerumque malè dormiunt, ob crebram in somniam, que eos non tantum ad galli gallinæ cantum, sed ad quemcunque strepitum vigilare jubet. Addit,

Et absurdæ omnes filie carminis. Aures qua musicâ solebant oblectari, vocum discrimina agrè percipiunt. Sic octogenarius senex Bercellai ad Regem Davidem: Nunquid viget sensus mei, ait, ad discernendum suave, aut amarum? aut delectare potest serenum cibum aut potus? vel audire possum ultra vocem cantorum atque cantatricum? Sed progreditur Ecclesiastes:

Excelsa quoque timebunt, & formidabunt in viâ. Alta con- scendere metuent senes, propter capitis vertiginem, & poplitem imbecillitatem, imò & in plano ambulare for- midant, nec ubi cadant aut impingant, ideo lento ti- midoque formidant.

Quare no- vissima in mente ha- benda: Vers. 1. Quis ulti- mi dies hominis tempus af- flictionis: Vers. 2. Intellectus obnubila- tur: Vers. 3. Domus custodes deficient: ibid. Dentes ci- bû durio- rem com- molere nõ poterunt: ibid. Oculi vix obvios in plateâ dis- ceruent: Vers. 4. Labra otis ostia loqui non sinent: ibid. Somnum non capiunt: ibid. Aures vo- cum discrimina agrè percipiunt: 2. Reg. c. 19. vers. 35.